CHA
RI
TAS
VITA DULCEDO
M. Pal. a
OLIVA
ORETO

# VITA
# S. OLIVÆ
## Virginis, & Martyris Panormitanæ.

*Ex variis Auctoribus Desumpta,*

NECNON

Distinctis Iconibus noviſsimè illuſtrata.

OPERA, ET LABORE

*P. ONUPHRII MALATESTA A PANORMO.*

Ordinis Minimorum S. FRANCISCI de Paula.

ROMÆ, Typis Rocchi Bernabò. MDCCXVI.

*SUPERIORUM LICENTIA.*

*Illustriss. ac Reverendiss. Domino*

# FR. D. JOSEPHO GASCH

*Archiepiscopo Panormitano,*

Solii Pontificii Episcopo Assistenti. Totius Regni Siciliæ Primati, Regio Concionatori, atque Consiliario, Supremę Inquisitionis Censori, in Ordine Minimorum Lectori Jubilato, ac olim Generali Correctori Vigilantissimo.

VOLAT *sponte sua* ILLUSTRISS. DOMINE; *in tuæ benignitatis sinum sacra D. Olivæ Virginis, ac Martyris celeberrimæ Historia, Minimos, ac Patriam grato semper supercilio respexit. Hinc Minimorum Capiti, ac Panormitano Antistiti æquo animo addicta, neque enim fas erat ut præclarissima*

*rissima Virgo vitam suam alteri fideret, quàm proprio Pastori: Cucurrit fortasse illa in odorem unguentorum tuorum, illarum scilicet virtutum, quibus exornaris; Deo, & hominibus Dilectus, traxitque non contemnenda similitudo; si namque in Ipsa devotio supra ætatem, virtus supra naturam eluxit; in Te sapientia supra vires, & eloquentia ad corrigendos depravatos sæculi mores supra cæteros supereminet. Si in Illa obstupuere universi, quod jam Divinitatis testem se libentissimè exhiberet, dum adhuc arbitra sui per ætatem esse non posset; in Te cuncti admirati sunt obedientiam cum discretione in exequendis Ecclesiæ mandatis, Charitatem in alendis, ac sublevandis pauperibus, fervorem in custodiendo verbis, & exemplis commissum Gregem. Si in Illa crudele spectaculum apparuit, quo Virgo tredecim annos nata, nec dum idonea pœnæ stridentium*

carni-

*carnificum ora non timuit, exilium, carceres, ferreas catenas, pungentes pectines, duplicis etiam equulei ſuſpendium, aliaque id genus tormenta non recuſavit, ſed jam matura victoriæ magiſterium virtutis explevit, atque martyrium abſciſſo capite conſummavit; in Te magnum theatrum inſpicitur, in quo plerique mirati ſunt, te in diſcordiis populorum pericula non timere, in componendis litibus laborem non recuſare, in exterminandis vitiis nullis parcere ſudoribus, in fovendis, & excolendis virtutibus indefeſſum exiſtere, ac tandem pro ovibus animam ponere ſemper paratum; Tibi equidem debebatur, cujus doctrinam, prudentiam, cæteraſque virtutes cœleſti quadam diſpoſitione ità univerſali contemplati ſunt applauſu, ut nemo ſit, qui ſinè temeritatis nota tuis audeat, aut conſilio, aut ſanctionibus contraire. Tibi debebatur, qui in agendis efficacia, qua difficilia*

*ſemper aggreſſus nihil fruſtra conaris, reſiſtentias vincis, arduitates ſuperas omnes, ut nihil obeſſe poſſit quominus votis ſemper eventus reſpondeat. Tibi debebatur, cujus mira paſtoralis cura, qua prædicatione, & exemplo cunctos excitas, compellis, & promoves, ut vix reperiatur inter rudiores ipſos, qui Catholicæ Doctrinæ peritus non evaſerit ad ſalutem. Tibi debebatur, qui ad tantam dignitatem evectus rigidioris abſtinentiæ cum quadrageſimalis vitæ rigore, ac jejuniorum frequentia, uniius comeſtionis quotidie accipis nutrimentum. Tibi debebatur, in quo ſi Religionem inſpiciam, verum Minimum, ſi ſcientiæ profeſſionem, diſſertiſſimum Theologiæ Magiſtrum; ſi Fidei Zelum, ſupremi Tribunalis eximium Cenſorem; ſi ſacram eloquentiam, Regium Concionatorem; ſi regularis diſciplinæ peritiam, emeritiſſimum totius Minimitanæ Familiæ Generalem Correctorem, ſi Ec-*

*cle-*

*cleſiaſtici regiminis dexteritatem, digniſſimum Solii Pontificii Epiſcopum Aſſiſtentem. Tibi demum debebatur, veram quippe judicavi Artaxerſis Perſarum Regis ſententiam, non minùs videlicet magnificentiæ eſſe parva munera accipere, quàm magna elargiri. Meritò igitur Tibi* ILLUSTRISS. DOMINE *minimum hoc opus meæ devotionis, reverentiæ, & gratitudinis pignus reverenter, devotè, humillimèque dico, offero, & exhibeo. Vale.*

Addictiſs., & Obſequentiſs. Filius
*Fr. Onuphrius Malateſta à Panormo Minimus.*

# *Approbatio Ordinis.*

JUSSU Admodum R. Patris Michaëlis Stela, totius Ordinis Minimorum Zelosi, & Vicarii Generalis vidi Librum, cujus titulus est: *Vita D. Olivæ Virginis, & Martyris Panormitanæ*, &c. compositum à Rev. P. nostro Onuphrio Malatesta ejusdem Civitatis, & Sacræ Theologiæ Professore, atque in hoc Almæ Urbis Conventu Sacræ, & Moralis Theologiæ Lectore, qui ut obsequium Patronæ, & Titulari Conventus nostri Panormitani, ut par est, nomine totius Minimitanæ, & Panormitanæ Familiæ præstaret, Vitam, & Martyrium præfatæ Divæ Latino, & Italico idiomate composuit. Vidi, inquam, & approbatione, ut typis mandetur, ad honorem prænominatæ Virginis, & Martyris, ac utilitatem suorum Concivium, aliorumque Fidelium, dignum existimavi. Ita censeo. Salvo tamen meliori, &c. Datum Romæ in Conventu S. Andreæ de Fractis die 25. Februarii 1716.

*Fr. Franciscus Justiniani Ordinis Minimorum. Sac. Theol. Lect. Jubilatus.*

*Appro-*

# *Approbatio Ordinis.*

SAnctæ Olivæ Hiſtoriam, Panormitanas inter Virgines celebris, ſub titulo: *Vita D.Olivæ*, &c. Opus Italico-Latinum quamplurimis ab Auctoribus, qui Faſta ejuſdem Martyris ſcripſere, excerptum; necnon operâ, ac ſtudio Rev. P. Onuphrii Malateſta noſtri Inſtituti Sacræ Theologiæ Profeſſoris, & in humanis, diviniſque literis peritiſſimi, expolito calamo elaboratum; ex Commiſſione Rev. Admodum Patris Procuratoris, & Vicarii Generalis eâ, quâ feror erga Virginem devotione, attentè perlegi; nihilque inter legendum animadverti, quod bonos mores, vel leviter pungat, aut Catholicæ Fidei puritati quoquo modo adverſetur: quinimò in honorem divini Numinis quam maximè cedere puto; atque ad augendam Fidelium pietatem, Conciviumque tantæ Virginis gloriam plurimùm commendandam, utiliſſimum cenſeo, ſi quàm ociùs luce ſuâ donetur. Romæ in Conventu S. Andreæ de Fractis die 8.Februarii 1716.

*Fr. Laurentius Lombardini Minimorum Ordinis Sac. Theol. Lect. Jubil.*

FR.MI-

# FR. MICHAEL STELA

## ORDINIS MINIMORUM

*Lector Jubilatus, Procurator Generalis, ac ſuper Italiæ Provincias Generalis Vicarius.*

CUM Librum, cui titulus: *Vita S. Olivæ Virginis, & Martyris Panormitanæ*, &c. à Rev. P. Onuphrio Malateſta noſtri Ordinis Sacræ Theologiæ Profeſſore duplici idiomate Latino nimirum, & Italico elaboratum, Reverendi Admodum PP. Franciſcus Juſtiniani Collega Provincialis, & Laurentius Lombardini Provinciæ noſtræ Panormitanæ ex-Provincialis ejuſdem Inſtituti Lectores Jubilati, quos pro eo examinando deputavimus, recognoverint, & in lucem edi poſſe probaverint; Nos hujuſmodi approbatione attentâ, præfato Auctori, ut dictum Librum typis mandare valeat, præſentium tenore facultatem concedimus, ſi ità iis, ad quos ſpectat videbitur. In quorum fidem, &c. Datum in noſtro S. Andreæ de Fractis Almæ Urbis Conventu hâc die 3. Martii 1716.

*Fr. Michaël Stela Zeloſus, ac Vicarius Generalis*

Loco † Sigilli.

*De mandato Rev. Admod. P. Vicarii Generalis.*

Fr. Clemens Maria de Luca Collega.

IM-

IMPRIMATUR,

Si videbitur Reverendiſsimo Patri Magiſtro Sacri Palatii Apoſtolici.

*N. Card. Caracciolus Pro-Vicarius.*

---

IMPRIMATUR.

Fr. Gregorius Selleri Sac. Apoſt. Palatii Magiſter Ordinis Prædicatorum.

IN-

# INDEX.


*Genſericus Vandalorum Rex capta Carthagine partitur Africanas Provincias, expellit Nobiles, ejicit ab Eccleſiis Epiſcopos, & Siciliam fruſtra aggreditur.* pag. 1.

*S. Oliva orta eſt Panormi ex Nobili Genere, à primæva ætate dat indicia futuræ Sanctitatis.* 5.

*Genſericus ſecunda navigatione Siciliam deprædatur, obſidet Panormum, expellit Sacerdotes, & Martyres plurimos efficit.* 7.

*S. Oliva cum tredecim eſſet annorum fovebat opera, ac facultatibus conjectos in vincula.* 9.

*S. Oliva exilio multatur, & Tunetum Africæ Urbem Barbari amandant.* 11.

*S. Oliva apud Præfectum ſiſtitur, & juſſa eſt tanquam mendicula convivere inter pauperes.* 13.

*S. Oliva apparet inſtructa variis linguis, multos Barbaros ad Fidem Chriſti convertit, & erat fruſtulo panis contenta.* 15.

*S. Oliva Claudo ſanitatem reſtituit.* 17.

*S. Oliva Claudum, Cæcumque ſanat, impoſita ſuper caput ejus manu.* 19.

*S. Oliva per Urbem Tunetum flagris cæditur, poſtea in horrentem ſylvam mittitur.* 21.

*S. Oliva in ſylvis antiquæ innocentiæ privilegio fruebatur.* 23.

*S. Oliva inventa eſt in ſylvis à Proceribus Venatoribus.* 25.

S. Oliva Venatores suos venata est, aquis lustralibus eos aspergit, & futuros Martyres prædicit. 27.
S. Oliva à Tuneti Præfecto per satellites inquiritur, quos Christianos efficit, & iisdem comitibus ante Præfectum sistitur. 29.
S. Oliva in tetrum carcerem mittitur, ibique sinè cibo, & potu destituitur, ab Angelo verò Domini reficitur. 31.
Quos Virgo Oliva in sylvis adhortata est, Martyrii palmam consecuti sunt. 33.
S. Oliva educitur è carcere, ejusque costæ, atque ossa dissipatis carnibus detergentur. 35.
S. Oliva suspenditur equuleo, atque suspensa ferreis pectinibus laniatur. 37.
S. Oliva in ferventis olei dolium mittitur, oleum autem haud nocere potuit Olivæ suæ. 39.
S. Oliva iterum equuleo alligata, faculis ardentibus amburi jussa est. 41.
Carnifices videntes prodigia ad pedes Olivæ provoluti de repente ad Christum conversi sunt. 43.
Dicta sententia per Tyrannum, S. Oliva percussione gladii Martyrii coronam accepit. 45.
Corpus S. Olivæ Christianorum studio Tuneto raptum in ipsa Urbe Panormi, vel prope muros conditum est. 47.
Affertur probabilis opinio ubi, & quo loco conditum fuerit Corpus S. Olivæ, & multa suadent. 49.
Duo Fratres Minimi desiderio accensi inveniendi Corpus S. Olivæ in periculo sunt. 55.
Aqua Sacelli S. Olivæ hausta morbos sanat, & Dæmones expellit. 57.
S. Oliva consectatur Fratrem Minimum, illumque adjuvat in colligendis pisis. 59.
S. Oliva cum signum ad prandium protraheretur ob penu-

*penuriam panis, mappam reeenti cum pane Religioſæ Familiæ defert.* 61.
*S. Oliva quinque panes dono mittit Fratribus Minimis per Fratrem Oblatum.* 63.
*S. Oliva cuidam Æthiopi Tertii Ordinis Minimorum dicere ſolebat nondum advenisſe tempus manifeſtandi ſuum Corpus.* 67.
*S. Oliva inſigni venuſtate ſuper pallium Fratris Minimi ſe præbet videndam Raduano.* 69.
*S. Olivam ore cultuque pulcherrimo videt Raduanus, & cum eo familiariter alloquitur.* 71.
*S. Olivam Religioſi in viridario exiſtentes ſuper pallium Correctoris conſidentem vident.* 73.
*S. Oliva increpat cuſtodem proximi horti Conventus de non præſtita miſericordia Fratribus Minimis.* 75.
*Quolibet anno die 10. Junii celebratur feſtum, & fit ſolemnis Proceſſio per Urbem Panormitanam, deferendo Statuam argenteam D. Olivæ.* 83.

# VITA S. OLIVÆ

## Virginis, & Martyris Panormitanæ.

*Genſericus Vandalorum Rex capta Carthagine partitur Africanas Provincias, expellit Nobiles, ejicit ab Eccleſiis Epiſcopos, & Siciliam fruſtra aggreditur.*

ANno quadringenteſimo trigeſimo ſeptimo, (1) quo dira perſecutio à Vandalis illata Africanam exagitavit Eccleſiam, dum Genſericus Vandalorum Rex ſacramenti (quo ſe Imperatori Valentiniano obſtrinxerat) Religione violatâ (2) captâ Carthagine decimo Kalendas Novembris 439. partitus eſt anno ſequenti invaſas Africanas provincias. Diſponens ſingulas quaſque earum; ſibi Bizacenam, Aduritanam, Getuliam, & partem Numidiæ reſervavit: exercitui verò Zeugitanam, vel Proconſularem

A fu-

(1) *Baron. to.5. an. Chriſti 437. fol.564., & 436.* (2) *Idem to.6. ann. Chriſti 439. fol. 575. Iſidorus in Vandalorum Hiſtoria. Victor. de perſecutione Vandalorum cit. à Baronio.*

funiculo hæreditatis divisit, & arianam pestilentiam per totam Africam intromisit. Ejectis ab Ecclesiis, qui illis Orthodoxi præerant Episcopis, nobilibusque Carthaginiensibus trans mare spoliatis divitiis navigare compulsis, in eo omne Tyranni consilium est conversum, ut quod invaserat Regnum potens, armis sibi stabiliret. Sciens enim Carthaginiensium ingenia haud debilia, sed acerrima, nequaquam libenter fore passuros jugum barbaricum, qui à Romanis sibi illud imponi tantopere detrectassent. Illud ipsum consilium iniit, ut nobiles quosque exutos bonis omnibus in Italiam navigare compelleret, ne quid aliquando novi possent moliri Carthagine, cum ipse absens classe tentaret sibi subjicere Mediterranei maris oppositas Africæ Oras. (3) His peractis eodem anno ipsum Genfericum comparatâ classe Siciliam tentasse, sed re infectâ coactum fuisse redire Carthaginem, uti tradunt historiæ.

VI-

(3) *Baron. to.6. ann. Christi 440. fol. 2. 3. & 174.*

# VITA DI S. OLIVA

## Vergine, e Martire Palermitana.

### Genserico Re de' Vandali si fa Padrone di Cartagine, divide le Provincie dell'Africa, manda in esilio li Nobili, e caccia dalle Chiese li Vescovi.

L'Anno dell'umana Redenzione 437. passato Genserico Re de' Vandali con un poderoso Esercito nell'Africa, & espugnata dopo due anni la Città di Cartagine, si rese assoluto Signore di tutta quella nobilissima Regione, e divise nel 440. fra suoi più cari confidenti di quelle Africane Provincie il governo; riserbandone per se stesso la maggior parte, cioè la Bizacena, l'Aduritana, la Getulia, e parte della Numidia; divise poi per gl'amici del suo Esercito la Zeugitana, overo Proconsulare, siccome ne scrive il fatto il Baronio. Il suo primo pensiero fù d'introdurre in quella l'eresia Ariana, di cui contro la fede giurata nel santo Battesimo, e giuramento prestato a Valentiniano Imperadore si professava protettore, e seguace, sperando con

*tal mezo ſtabilire ivi durevole il ſuo Impero. Ma conoſcendo, che ne il zelo di quei Santi Veſcovi averebbe tollerato vedere imbrattata nelle ſue Chieſe la Fede Cattolica; ne il genio di quei Popoli ſarebbe per ſoffrire lungo tempo il giogo del ſuo tirannico dominio, ſcacciò dal Regno i Prelati Cattolici, e ſpogliati delle loro copioſe ricchezze i più nobili Cartagineſi gli sbandì in paeſi ſtranieri. Aſſicurato in queſta guiſa l'Impero dell'Africa, paſsò nel medeſimo anno con potentiſſima Armata navale a ſoggiogar la Sicilia; ma trovando in quei Popoli valoroſa reſiſtenza, diſperando l'impreſa, fece ritorno a Cartagine.*

S. Oliua essendo nata da Genitori Cristiani
in tempo della persecutione de Vandali,
e battezzata in Palermo sua Patria

Gio Batta Calandruci del. Girolamo Frezza Sculp.

*S. Oliva orta est Panormi ex Nobili Genere, à primæva ætate dat indicia futuræ Sanctitatis.*

ANnis duobus interpositis, quadringentesimo scilicet quadragesimo secundo, nata est tunc Virgo Oliva Panormi (4) Nobilissimorum Parentum splendoribus, non minùs quàm christianis virtutibus illustris, quæ aquis lustralibus expiata, ab ipsa primæva ætate in Dei timore educata, futuræ Sanctitatis indicia dedit. Eluceſcebant in tenellis annis igniculi quidam, ex quibus erupturam esse ingentis virtutis flammam appareret. Eâ fuit animi excellentiâ, & magnitudine in despiciendis opibus, ut non semel ad egenos sublevandos victus, vestes, & sumptus necessarios suppeditare videretur.



(4) *Rocchus Pirrus in not. Eccles. Panor. fol. 85. Fazellus lib. 8 dec. 1. Philippus Ferrarius in Sanctorum Catalogo 10. Junii. Octav. Cajet. tom. 2. de Sanctis Siculis fol. 84. Jacobus Adria in. Mazar. topogr. Inveges Annal. di Palermo p. 2. fol. 362. & Alii.*

## S. Oliva nasce in Palermo Città Metropoli della Sicilia, dalla sua fanciullezza da indizj di Santità.

*Due anni dopo la detta invasione, cioè nel 442. spuntò alla luce nella Città di Palermo la nostra Vergine Oliva, illustre non meno per la nobiltà del sangue, qual'ereditò da pii, e gloriosi Genitori, che per le virtù cristiane, quali poi esercitò nella sua vita. Santificata tra l'acque del santo Battesimo, & istruita sino dalla fanciullezza nel divino timore, cominciò da più teneri anni a dare chiari indizj di quell'eroica santità, con cui sarebbe per illustrare la Patria, e la Chiesa. Scorgevansi in quella primitiva età alcune faville, che mostravano dover un tempo uscir fuori con impeto fiamma d'una gran virtù. Era d'animo sì eccellente, e magnanimo nel dispreggio delle ricchezze mondane, che più volte viddesi somministrare a poveri vitto, vesti, e lo che era necessario per loro sostentamento, e necessità.*

Genserico Rè de' Vandali nell'anno 454 torna con la seconda nauigazione dall'Africa in Sicilia, depreda molte Città: mette assedio in Pal.o Patria di S. Oliua, e se ne fà Padrone.

Gio. Batta. Calandruci del. Girolamo Frezza Scul.

*Genſericus ſecunda navigatione Siciliam deprædatur, obſidet Panormum, expellit Sacerdotes, & Martyres plurimos efficit.*

INterea anno 454. Genſericus ſecundâ navigatione mare trajicit cum ingenti Exercitu, bellum Siculis illaturus; eòque appulſus, Siciliam deprædatur, (5) Panormum diu obſidet, arianumque ſcelus intromittere conatur, hinc Sacerdotes Eccleſiæ expellit, & Martyres plurimos efficit.



(5) *Inveges fol.*362. *Pirrus in not. Eccleſiæ Panorm. fol.*85. *Iſidorus cit.*

## Genserico saccheggia la Sicilia, mette assedio in Palermo, discaccia Sacerdoti, & martirizza molti Cristiani.

*IN tanto correva già l'anno del Signore 454. quando Genserico con Esercito più poderoso si portò la seconda volta ad assaltar la Sicilia, e poste in terra le sue milizie, lasciò impresse in tutti i luoghi per ove passava l'orme della sua crudeltà, esponendo al sacco, e violenza de' suoi Soldati le Ville, e Città. Finalmente si condusse ad assediare Palermo Metropoli, e Capo di tutto il Regno, e fù tanta la furia, con cui l'attaccò, che dopo un lungo assedio se ne rese padrone. Questa bella Città per la residenza, che il Tiranno vi fece, provò più dell'altre la sua barbarie; poiche non solo la privò di moltissimi Sacerdoti mandati in esilio; ma ancora l'allagò di sangue de' suoi Cittadini fatti morire per la Fede di Giesù Cristo. Se l'antiche Istorie avessero registrato i nomi, & il numero di quei Santi Martiri, e l'acerbità de' loro tormenti, quali costantemente soffrirono per la confessione della Cattolica Fede, sarebbe andata vie più ricca di nuovi freggi, e decorata di molt'altri valorosi Campioni la Chiesa Palermitana, mentre nel suo antico Teatro situato nella piazza del reggio Palazzo (che fù buttato a terra nell'anno 1549.) s'osservarono, se non a pari dell'Anfiteatro Romano, almeno in gran numero Cristiani, che agonizarono a forza di crudelissimi tormenti per la santa Fede.*

S. Oliua in Palermo sperimenta il furore de barbari in età di 12 anni mentre animaua i fedeli à sacrificare la uita in difesa della Cattolica fede

Gio. Batta Calandrucci del. Girolamo Frezza Sculp.

*S. Oliva cum tredecim esset annorum fovebat opera, ac facultatibus conjectos in vincula.*

GRassante dictâ Vandalorum persecutione erat tunc Oliva annos tredecim nata, & multa operata est. Christianos ibi in vincula conjectos fovebat, & operâ, ac facultatibus suis sustentabat, & qui ex eis à Fide tormentorum vim reformidare videbatur (6) ipsa, aut cohortatione confirmabat, aut pro Jesu Christo mori ultro satagebat.

S. Oli-

(6) *Anton. Mongitore nel Palermo Santific. fol. 82.*

## S. Oliva essendo di tredici anni animava i Fedeli nella carcere, e li somministrava il necessario vitto.

*TRovavasi in questo tempo Oliva nel trediceſimo dell'età ſua, e vedendo inferocire contro i Cattolici di quel Regno la perſecuzione de' Vandali, tutta zelo della gloria di Dio, e della ſalute dell'anime s'impiegò alla difeſa della noſtra Legge Cattolica; fatta come Paolo* omnibus omnia *altri ſoſtentava con le ſue facoltà, altri iſtruiva con ſanti conſegli: ſe vedeva alcuno atterrito all'acerbità de' tormenti in pericolo d'abjurare la Fede, ſollecita della di lui eterna ſalute, offeriva a Dio fervoroſe ſuppliche, per impetrarli coſtanza, & uſava ogn' induſtria, per animarlo al martirio.*

S. Oliua, da Palermo sua Patria è mandata da Barbari in esilio nella Città di Tunisi, auendo riguardo alla nobiltà del suo sangue.

Gio. Batta Calandrucci del. Girolamo Frezza Sc.

*S. Oliva exilio multatur, & Tunetum Africæ Urbem Barbari amandant.*

HInc apud Barbaros, quòd christiana esset accusatur, qui iniquè ferentes puellam tredecim annos natam in Christi Fide ardentiùs tuenda se habere, captam, pervertere conantur, sed cum à Fidei proposito nec precibus, nec minis induci posset, ut Christum negaret, ipsi aliquid nobilitati, egregiæque ejus venustati dandum rati, floridæ parcunt ætati, adeòque Olivam unà cum aliis exilio multatam, Tunetum Africæ Urbem ablegarunt.(7) Mandantes Præfecto, cui Amira nomen, ut si tentatâ ejus Fide in sui sententiam perducere non posset, cruciatibus summis illam affligeret.

S. Oli-

(7) *Octav. Cajet tom.2. de SS. Siculis fol.84. Inveges cit. fol.385. Joseph Spucces in ejus Vita, & alii aucto.*

## S. Oliva è mandata in esilio in Tunisi Città dell'Africa.

*Offesi da splendori di tanta virtù quei Barbari malvolontieri soffrivano, che una fanciulla di tredici anni fosse la remora al corso della loro eresia: per tanto fattala prigioniera, vedendo, che non potevano ne con lusinghe, ne con minaccie indurla a cangiare proponimento; avendo riguardo & alla nobiltà de' suoi natali, & alla bellezza del corpo, la mandarono in compagnia d'altri Cristiani esiliata in Tunisi Città dell'Africa con ordine premuroso a quel Prefetto, chiamato Amira, che tentasse tutt' i mezi per indurre Oliva ad abbracciare la loro setta; e quando la trovasse alle lusinghe costante, le facesse sperimentare i più fieri tormenti; acciocchè cedesse alla forza delle pene, chi non faceva conto delle parole.*

*S. Oliva apud Præfectum ſiſtitur, & juſsa eſt tanquam mendicula convivere inter pauperes.*

TUnetum itaque adducta apud Præfectum producitur, ubi variè examinata venit ejus conſtantia; ſed cum à propoſito colendæ Chriſtianæ Fidei removeri non poſſet, accenſus irâ Præfectus, quòd in Oliva oleum, & operam perderet, ſpoliatam rebus, & pecuniis, quas ſecum è Patria ad proprios uſus, & egenos alendos detulerat, ejecit è ſuo conſpectu contumeliis, & ſcommatibus oneratam, juſſitque (8) ut mendicula pauperes inter egenteſque vitam per extrema omnia ageret.

S. Oli-

(8) *Pirrus ol.85. Octav. Cajet. cit. Anton. Mongit. fol.81. Spucces.*

## S. Oliva è presentata avanti il Prefetto, viene condannata a vivere come poverella fra mendichi.

*Giunta in Tunisi la Santa Vergine, subito fu presentata al Prefetto: da questo più volte fu tentata, ora con allettamenti, e promesse, ora con asprezze, e minaccie; ma non tantosto s'avvidde, che riusciva vana ogni opera contro la costanza di Oliva, carica'ala d'ingiurie, bestemmie, & improperj, fattogli togliere tutto il danaro, e suppellettili condotte seco più per ajuto de' bisognosi, che per uso proprio, cacciatala via dal suo cospetto, obbligolla per sommo strapazzo a procacciarsi come mendica tra poverelli il sostentamento alla vita.*

*S. Oliua e mandata in esilio a Tunisi ui predica la Fede, e battezza i mori è barbri*

*Gio Batta Calandruct del et Sculp.*

## S. Oliva apparet instructa variis linguis, multos Barbaros ad Fidem Christi convertit, & erat frustulo panis contenta.

LÆta Oliva inter opprobria, æquam rebus in adversis servabat mentem, adeòut summopere gauderet se talia pro Christo pati. (9) Ab omnibus derelicta contumelias, irrisiones, obtrectationes invicto animo tolerabat. Illis efferatis gentibus, variarum nationum difficillimis, ac variis linguis, moribusque dissitis divinitus instructa apparuit. Amplexâque occasione inter egenos convivendi finem non faciebat disseminandi inter ipsos Verbum Dei. Ad infima quæque ministeria ad hunc finem erga pauperes se abjiciens, eis quantum poterat sublevabat, & de acceptis ex aliorum manibus inter eos dividens, erat frustulo panis pro suo victu contenta. Incredibile est, quot potuerit minusculæ ætatis puellula Barbaros, ac Paganos ad Catholicæ Fidei veritatem convertere.

---

## S. Oliva riceve il dono delle lingue, converte più Barbari alla Fede di Cristo, e si contenta per suo vitto d'un pezzetto di pane.

*NUlla scemò de suoi pregi in questi primi cimenti la virtù d'Oliva; anzi come l'oro nel fuoco si rese più gloriosa: gioiva tra li scherni di quel Tiranno; e quanto erano maggiori i tuoni delle sue villanie,*

*tanto*

(9) *Pirrus cit. Inveges cit. Anton. Mongit fol. 81. nel Paler. Santific.*

*tanto più essa conservava a guisa dell'Olimpo la se-*
*rità dell'animo. Era uno spettacolo degno dell'amn-*
*razione degl'Angioli vedere una fanciulla bell,*
*nobile, delicata andar limosinando per le publiche*
*piazze, non tanto un tozzo di pane, quanto affront,*
*& ingiurie. Abbandonata da tutti, da tutti ribbi-*
*tata giubilava nel mirarsi fatta simiglievole al Di-*
*no suo Sposo, il quale sapea, non avere avuto in ter*
*ne meno* ubi caput reclinaret. *Non per tanto abba-*
*donò Cristo la sua cara Sposa; risarcì i di lei danni c*
*abbondanza di grazie; e quanto più la vide mendi*
*di beni temporali, tanto maggiormente aricchilla*
*doni celesti. Il primo fù quello delle lingue, in cui*
*rese perfettamente istruita parlando in qualunque*
*barbaro idioma con tanta facilità, e prontezza, co*
*se le fosse connaturale. Dotata di quest'Oliva subi*
*cominciò a traficarlo a benefizio de' prossimi. Ins-*
*gnava a poveri, tra quali conviveva, i misterj del*
*Cattolica Fede; facendo l'uffizio d'Apostola con annu-*
*ziare a quei popoli la verità Vangelica; mentre co*
*gli Apostoli aveva già ricevuto i doni di Pentecost*
*Per allettarli ad abbracciare la Legge Cristiana s'a*
*bassava verso tutti a i più vili ministerj; l'ajutar*
*in tutte le necessità, li serviva con ogni diligenza*
*& affetto, in fine compartiva loro, quanto l'era dal*
*altrui pietà somministrato; riserbando per il su*
*scarso sostentamento un sol pezzetto di pane. Con qu*
*ste industrie Oliva pose in credito appresso quei Ba*
*bari la Fede Cattolica, e ridusse molti di essi ad abju*
*rare i loro perversi errori.*

S. Oli-

S. Oliua guarisce al tocco della sua mano un pouerello rattratto nelle membra, e zoppo, che poi d'un subito abbracciò la Fede, e fù battezzato dalla Santa

Gio. Batta. Calandruci del. Gio. Batta. Sintes Scul.

*S. Oliva Claudo ſanitatem reſtituit.*

MUlta divinitus patravit(10)nam cuidam claudo graviter ægrotanti inſerviens, quâdam die ejus morbi miſerta, propiùs ei acceſſit; aitque, ſi in Jeſum Chriſtum, ejuſdemque doctrinam crederes, abſque dubio valetudinem animæ recuperares, & corporis. Cui ille; ego verò libenter credam, ſi ſanitatem reſtituat. Tum Virgo manu ſuper ægroti caput impoſitâ repente ſanum, valentemque effecit. Atque hæc ille, nequaquam tacitus intrà ſe ſilentio compreſſit, quin verò mox cæteris clamando per Urbem, divulgavit revera alium Deum non eſſe, niſi quem Oliva crederet, atque adoraret.



(10) *Philippus Ferrarius, Octav. Cajetan. Mongit. Inveges fol. 385. Spucces Adria. Pirrus cit.*

## S. Oliva da la ſanita ad un Zoppo.

*AL dono delle lingue ſeguì quello di operare miracoli ſpezialmente nel genere, chiamato dall' Apoſtolo* Gratia curationum. *Incontratoſi un dì in un povero zoppo gravemente infermo, moſſa a compaſſione del di lui miſerabile ſtato ſe gli accoſtò da vicino, e diſſegli: Se tu credi in Gieſù Criſto confeſſando la ſua dottrina, ottenerai con la ſalute del corpo, anche quella dell'anima: riſpoſe l'Infermo: Volentieri crederò, quando mi veda reſa la primiera ſanità: Allora la Santa Vergine poſta sù la di lui teſta la mano, ſenz'altro fare, ſubito lo reſe ſano, e robuſto. Ad un tanto impenſato benefizio fatto grato il Barbaro non poteva contenerſi di publicar da per tutto la ſua prodigioſa Riſanatrice: andava facendo ſalti di giubilo, gridando per la Città, non eſſervi altro Dio, ſe non quello creduto, & adorato da Oliva.*

S. Oliua dà uno incredulo, e bestemmiatore di Giesù Christo, che poi confessollo per uero Dio gli restituisce alla gambe la sanità, et assieme con la luce degl'occhi quella dell'anima

Calanduci del. Gio: Battista Pintes Scul.

*S. Oliva Claudum, Cæcumque ſanat, impoſita ſuper caput ejus manu.*

OCcurrenſque in ſocium pari infirmitate laborantem, factus & ipſe concionator, inquit, ſi vis ſanus fieri, crede in Jeſum Chriſtum, & ego te ad puellam conducam, quæ me ſuis meritis, & Jeſu Chriſti poteſtate, ac virtute curavit. (11) Cui ille irridens, reſpondit: hoc ità verum eſt, Amice, uti ego ſum captus oculis, & magna eſt cæcitas mentis credere hæc fieri mirabilia per Hominis Crucifixi virtutem, qui ſe ipſum ab inimicis defendere non valens infami patibulo vitam cum ſuis maleficiis reliquit: Vix tamen impius hæc blaſphemaverat, cum repente luminis jacturam ſentiens, ac palinodiam canere coactus, quem irriſerat, magnis gemitibus rogare cæpit, ut converſum ad ſanctam Puellam conduceret, ejuſque precibus oculis non minùs, ac pedibus medelam afferret; ego enim, ait, Credo in Dominum Jeſum Chriſtum.

Adductum itaque coram ſe, Oliva elatâ manu tetigit, & ex debili, ac cæco integrum, videntemque perfecit. Quibus peractis ſanus uterque publicis præconiis Chriſtum Dominum, ejuſque doctrinam extollere, Beatam Olivam celebrare animosè cæperunt. Id videlicet cauſæ fuit, ut comprehenſi ab Urbis Præfecto variis excruciati tormentorum generibus interficerentur, palmamque glorioſiſſimi Mar-



(11) *Iidem Auctores cit.*

tyrii adepti corruptibilem vitam cum incorrupta, æternaque commutaverint.

## S. Oliva sana un Zoppo, e Cieco posta su la di lui testa la mano.

*FRa tanto gli si fece incontro un compagno parimente infermo, e bramoso di parteciparli la sua buona sorte, gli disse: Credi in Giesù Cristo, & io ti condurrò ad una Donzella, la quale in virtù del medesimo testè mi à risanato. Derise quegli il caritatevole invito, rispondendo, che così credeva potersi operare tali maraviglie da quella Fanciulla in virtù del suo Dio Crocefisso; siccome nell' istesso punto poteva egli restar privo della luce degl' occhi. E non è questi, soggiunse, colui, il quale per i suoi misfatti meritò essere da' Giudei condennato a morire sopra un' infame patibolo? Come tu gli attribuisci tanto potere, che vaglia risanare l'infermi solo con credere a lui? Oh prodigio! Appena vomitate queste bestemmie si sentì in un subito cieco; allora ammaestrato dal proprio castigo cominciò con gemiti, e lagrime a detestare la sua temerità, dicendo; ò peccato fratello niegando fede a' tuoi detti: ti priego a condurmi da questa Donzella, aciocchè m'inponga sul capo la destra, e restituisca il lume degl'occhi; Credo in Giesù Cristo: Condotto ad Oliva; questa con un solo tocco di mano gli rese nel tempo stesso, con la vista le forze. Quindi amendue non potevano mai satiarsi d'ingrandire con publiche lodi e la Fede di Cristo, e la Santità d'Oliva. Ciò fù cagione, che fossero presi da Barbari, e dopo varj, e crudeli tormenti fatti morire per difesa della Fede Cattolica terminarono da Martiri glorioſi la vita.* S. Oli-



S. Oliua è con uergognosa frusta girata per la Città di Tunisi, flagellandola crudelmente, poi è cacciata è confinata in orrida selua.

Gio. Batta. Calandruci del. Gio Batta Sintes Sc

*S. Oliva per Urbem Tunetum flagris cæditur, postea in horrentem sylvam mittitur.*

OLivam autem, quòd tenerâ adhuc esset ætate, totâ Urbe cum ignominia decurrere, atque inter decurrendum cædi flagris,(12) tum in exilium agi imperat Tyrannus.



(12) *Pirrus tom. 1. fol. 81. Inveges fol. 387. Mongitore pag. 84. Spucces in ejus Vita. Fazellus citat. Faso.*

## S. Oliva è fruſtata per tutta la Città di Tuniſi, dopo è confinata in orrida ſelva.

*VErſo Oliva però diportoſſi quel Prefetto più mite, avendo riguardo alla di lei tenera età: con tutto ciò fattala prima portare in giro per tutta la Città fruſtata, e ſchernita a guiſa di malfattrice; finalmente cacciolla in eſilio lungi dall' umano commercio dentro una deſerta, & orrida ſelva.*

S. Oliua nell'incolta solitudine di Tunisi e uenerata dagl'animali più fieri con segni d'ossequio seruendola, e domesticamente ubbidiendola, e gl'Angioli bastevolmente la prouedono del necessario uitto

Gio. Batta Calandruci del. — Gio. Batta Sinter Scul.

*S. Oliva in ſylvis antiquæ innocentiæ privilegio fruebatur.*

SIcque inclita Virgo in aſperrimam ſylvam procul ab humano conſortio detruſa intrà cubicula leonum, ſerpentium, atque draconum ſeptennium commorata eſt; ubi aſſiduis orationibus vacans, erat per Angelos ſufficienter refecta. (13) Horrentem ſylvam in Paradiſum convertit, ubi antiquæ innocentiæ privilegio feras atrociores in agnos pacificos transformans, beſtiis omnibus dominabatur.



(13) *Philippus Ferrarius. Octav. Cajet. & Alii.*

## S. Oliva nelle selve godeva il privilegio dell' antica innocenza.

*QVivi dimorò la Santa Vergine lo spazio di sette anni continui non con altra compagnia, che di serpenti, leoni, e dragoni, li quali più pietosi degl'uomini non solo se le resero dimestici, e mansueti, ma ancora con atti di umiliazione, & ossequio la riconobbero come Signora. Sperimentando la Santa Vergine in se stessa l'antico Privilegio del* Dominamini, *concesso da Dio a' nostri primi Genitori.*

S. Oliua essendo esiliata nelle Selue uiene incontrata da nobili Cacciatori quali s'auanzarono con temerario ardimento, la S. li minaccia castigo li conuerte alla fede, e riceuono il battesimo

Gio Batta Calandrucci del. Girolamo Frezza Scul.

## *S. Oliva inventa est in sylvis à Proceribus Venatoribus.*

ACcidit quâdam die, ut nonnulli Tuneti Proceres venationis studio in ea loca raperentur: ergo Olivæ formam, ac pulchritudinem conspicati, manus in eam jam jam injicere audebant. (14) At illa signo Crucis expresso: in virtute, inquit, Salvatoris mei Jesu Christi moneo vos, nè me ullo modo tangatis, nève violentię quidquam inferatis, quòd si audebitis, ecce Angelus Dei mecum est, qui, & illæsam me ab feris animantibus in hac solitudine per septennium defendit, & vos divinæ sententiæ gladio correptos interficiet, opprimetque. Id ipsi ut acceperunt, proni in terram veneratam Virginem obsecrarunt, juberet, quæ vellet, sese ad omnia præsto fore. Credimus enim, inquiunt, alium non inveniri Deum præter eum, qui te in hujusmodi vasto, ac squallido deserto inter tot belluarum incursiones immunem periculi servavit, neque ullius humanæ dapis subsidio fultam, sed Angelicis, ut par est credere, acceptam conviviis, eâ formâ, ac gratiâ ditavit, ut cœlestium potiùs, quàm mortalium una videaris.

S. Oli-

(14) *Octav. Cajet. Inveges. Mongitor. cit. Spucces. Crasso in ejus Vitam. Bernardinus Faso in quinq. Virg. Panormit. fol. 64.*

## S. Oliva viene incontrata nella solitudine da Nobili Cacciatori.

*Accadde un giorno, che alcuni Principali Cittadini di Tunisi, per desiderio della caccia si portassero in quella selva, ove abitava la nostra Vergine: Alla veduta di sì vaga Donzella accesi d'amore profano, bramosi di goderne il possesso, meditavano avventarsegli addosso, per rapire con le violenze i fiori della sua pudicizia. Accortasi Oliva del pericolo, fatto verso loro il segno della Croce, disse, in virtù del mio Salvatore Giesù Cristo vi ammonisco, che non osiate in modo alcuno toccarmi, ne usarmi altro affronto: che se ardirete fare altrimenti, ecco meco l'Angelo di Dio, il quale siccome per sette anni mi à in questo eremo difeso dalle fiere, così farà ancora la vendetta del vostro ardimento. Attoniti, e spaventati insieme al tuono di queste voci quei Barbari si prostrarono a terra; e venerando la Vergine, si esibirono pronti alla esecuzione de' suoi comandi. Crediamo dissero, non trovarsi altro Dio, fuor di quello, il quale per tanti anni ti à serbato esente da ogni pericolo in questa aspra, e vasta solitudine tra le scorrerie di tante fiere; e senza verun ristoro di cibo terreno, ma pasciuta di Angeliche dolcezze, come convienſi credere; ti à dotato di tal grazia, e bellezza, che più tosto sembri cosa celeste, che creatura mortale: comanda pure ciò, che ti aggrada, che siamo apparecchiati ad ubbidirti.*

S. Oliua battezza nella solitudine nobili Cacciatori di Tunisi, che prima tentarono l'onestà della S. li manda nella Città aciò predichino la S. Fede, e li predice il martiri

Gio. Batta Calandruci del. Gio. Batta Sintes Scul.

*S. Oliva Venatores ſuos venata eſt, aquis luſtralibus eos aſpergit, & futuros Martyres prædicit.*

ANimadvertit ex hoc ſermone Oliva, venatam eſſe venatores ſuos, & divinæ lucis radium in illorum hominum pectora ſe inſinuaſſe, quem illa prædicationis, ac doctrinæ ſpiritu confirmatum vehementer auxit, donec in ampliſſimum Fidei Chriſtianæ gremium adductos, (15) baptiſmi fonte luſtravit, atque ad Urbem remiſit, eâ mente, ac conſilio, ut doctrinam Chriſti totâ Urbe diſſeminarent; ità enim fore, ut Martyrii palmâ donarentur, quam quidem, datis cervicibus, glorioſiſſimè conſecuti ſunt.

(15) *Iidem Auctores cit.*

S. Oli-

S. Oliva fa caccia de' ſuoi Cacciatori, li ba
tezza, e li predice il Martirio.

*A Tali accenti conobbe Oliva gl'effetti operati n*
*loro cuori dalla gran Grazia Divina, e cl*
*avea fatta preda de' ſuoi cacciatori: Onde infian*
*mata dal zelo della eterna ſalute di quelli, c*
*minciò a predicargli i Miſterj della Legge Vangel*
*ca; e tanto ſeppe dire, che vedutili già conferma*
*nella Fede di Criſto, gli ſantificò dall' antiche colp*
*con l'acque batteſimali: Indi li rimandò alla Citt*
*con ordine, che doveſſero ſpargere in quella la dottr*
*na del Nazareno; predicando loro, che con tal mez*
*conſeguirebbono la palma del ſanto Martirio, qual*
*non molto dopo, donando per la predicazione dell*
*Fede Criſtiana la vita, glorioſamente tutti ottennero*

*Oliva à Tuneti Præfecto per satellites inquiritur, quos Christianos efficit, & iisdem comitibus ante Præfectum sistitur.*

INterim divulgabatur per totam Urbem Olivæ fama, eamque propterea Tuneti Præfectus conquiri per satellites jussit; at hi cum Olivam reperissent, lucem quoque veritatis, ac idem invenerunt. (16) Edoctos enim omnes de vera religione, Christianos fecit, & iisdem comitibus in Urbem coram Præfecto se dedit. Tunibi autem non uti rea, sed tanquam innocens Præfectum interrogavit, cur eam advocasset, quoc enim intelligeret se neque metu ullo protractam, neque amore delinitam ad eum accessisse, quia quos ille ad sui vestigationem limiserat, eos ipsa Christi Fide devinxerat, paratosque habebat pro eadem ad extrema vitæ exempla subire. Cui ille: ità ergo milites meos pervertere ausa es? Respondit Oliva, non perversi illi à me sunt, sed de condemnationis statu in statum salutis conversi. At ego, si quæ struis, vera esse intellexero, inquit ille, & te, & discipulos tuos verberibus, ac tormentis afficiam. Excepit Virgo, nihil à nobis timendum, quia sic in Evangelio suo Dominus noster edocuit: Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere, sed potiùs eum timete, qui corpus, & animam potest perdere in gehennam ignis. S. Oli-

(16) *Philippus Ferrarius citat. Octav. Cajet. Anton. Mongitor. Spucces, & Alii in ejus Vitam.*

## S. Oliva è cercata da' Soldati nelle selve, quali ammaestra nella Fede, e si porta con essi loro dal Prefetto.

*Cresceva fra tanto sempre vie più gloriosa la fama d'Oliva; per la qual cosa fù comandato dal Prefetto di Tunisi a suoi Soldati, che andassero in traccia della nostra divota Romita. Già la ritrovennero; ma con essa trovarono insieme la Fede, la strada della vera salute: Giacchè convertiti per mezo della predicazione della Santa Vergine furono da quella prima bene istruiti ne' Sacramenti della vera Religione, e dopo consecrati con l'acque del santo Battesimo, divennero da fieri Barbari veri, & umili Soldati del Salvatore. Accompagnandosi con esso lei se n'andò alla Città; ove presentatasi al Prefetto con animo costante, & intrepido dimandollo per qual motivo l'avesse a se richiamata; dandogli con questo a conoscere, che non era venuta, o tirata da timore alcuno, o da amor lusingata: Imperocchè coloro, qui l'avea inviato a ricercarla, gli portava seco catene con la Fede di Cristo, e l'avea apparecchiati ad incontrare per difesa di quella anche la morte. Non posso credere rispose a questi discorsi il Tiranno, che le mie genti siano state da te pervertite a lasciare la loro legge. Ripigliò allora Oliva; non altrimenti l'hò pervertite, ma dallo stato della dannazione ridotte a quello della salute: Se ciò sarà vero, soggiunse il Prefetto, farò te, & i tuoi discepoli a forza di percosse, e tormenti morire. Eh via non tante bravure,*

*non*

S. Oliua è posta in oscuro carcere senza umano soccorso di cibo, e uisitata dagli Angioli con celesti, raggionamenti, é con scelte uiuande ristorato il suo corp.

Gio. Batta Calandruci del. Gio. Batta Sintes Scul.

*non monti così di facile in collera, rispose la Santa Vergine, ne io ne costoro temiamo le tue minaccie, e tormenti, insegnandoci nel suo Vangelo il nostro Signore Giesù Cristo: Non vogliate temere coloro, li quali uccidono il corpo; ma non possono uccidere l'anima: ma più tosto temete colui, il quale può l'anima, & il corpo mandare all' Inferno.*

---

*S. Oliva in tetrum carcerem mittitur, ibique sinè cibo, & potu destituitur, ab Angelo verò Domini reficitur.*

ADmiratus adolescentiæ constantiam, ac libertatem Præfectus, contemnique se arbitratus, jussit illam in tetrum, atque obscurum cercerem protrahi, (17) atque inibi sinè ullo cibo, ac potu destitui; sed desertam humanis subsidiis divina adinvenerunt, eam quippe Angelus Domini allocutionibus, atque epulis refecit; ibique plurimos ad Christanam Fidem illexit.



(17) *Pirrus tom. 1. Octav. Cajet. Inveges fol. 390. Mongitor. cit.*

## S. Oliva è posta in oscuro carcere senza sostentamento alcuno di vitto, dall'Angelo però del Signore viene bastevolmente ristorata.

*STupito a tanta libertà, e costanza d'una giovanetta il Prefetto, stimandosi da quella disprezzato, fatto poco conto de' suoi rimproveri, comandò che la chiudessero in un' oscurissimo carcere, privata d'ogni alimento, e bevanda. Così fù eseguito; ma quando più mancarono ad Oliva gli ajuti umani, allora provò più copiosi i Divini; imperciocchè visitata nella prigione dall'Angelo fù da questi consolata, e nodrita; ove molti ridusse con le sue parole, & esempio alla Cattolica Fede.*

S. Oliua nella Città di Tunisi alla presenza del Tiranno conferma nella fede li soldati battezzati da essa nella solitudine, e l'anima à tolerare il martirio.

Gio: Batta Calandrucci del. Gio Batta Sintes Scul.

*Quos Virgo Oliva in sylvis adhortata est, Martyrii palmam consecuti sunt.*

ILli verò milites, quos ipsa jam pridem hortata fuerat ad Christi Fidem suscipiendam in sylvis, (18) eamque proprio sanguine illustrandam, cum se constanter in tormentis gererent, datis cervicibus Martyrii coronam adepti sunt.



(18) *Auctores cit.*

## Li Soldati fatti Cristiani da S. Oliva nella solitudine, ricevono la palma del Martirio.

*IN questo mentre i novelli Campioni di Cristo partoriti dalla nostra Vergine all' Evangelo, posti alla tortura di crudeli supplicj combattendo generosamente per difesa della Fede Cattolica, s'acquistarono a prezzo del proprio sangue la corona di Martiri.*

S. Oliua alla presenza del Tiranno viene battuta con nerui di bue sino che si veniſſero à scoprire le coste, e l'ossa

Gio. Batta Calandrucci del. — Gio. Batta Pintas Sculp.

*S. Oliva educitur è carcere, ejusque costæ, atque ossa dissipatis carnibus detergentur.*

POst aliquos dies producta de custodia sistitur coram Præfecto Oliva, ejusdemque impietatem constantissimè detestatur, quam cum vivaciorem, vegetioremque conspexisset Tyrannus, vehementer est admiratus, suadet nihilominùs, ut sibi consulens Christum velit negare; quo quidem in loco longam circa fidem cum Præfecto disceptationem habuit, (19) & multas contumelias perpessa est, quæ, illa, omnia vel animosè contempsit, vel prudentissimis responsionibus infregit. Itaque præsentium nonnullos ad veram fidem reduxit; magisque propterea incensus Tyrannus venit ad verba, præcepitque tandiu nervis cædendam, quo ad ejus costæ, atque ossa distractis, dissipatisque carnibus detergerentur.



(19) *Octav. Cajet. Iuveges fol. 392. Farrarius. Mongitor. Spuches Pirrus tom. 1. fol. 81. Daniel Papebrec.*

## S. Oliva cavata dalla carcere, dispogliata ignuda; è battuta crudelmente fin tanto, che si discopriſſero l'ossa, e le coste.

*Dopo la morte di quelli, fù cavata dalla prigione Oliva, e condotta alla presenza del Prefetto; le rimproverò la sua crudeltà, il quale vedendola più vivace, e colorita di prima, grandemente maravigliossi: l'esorta nondimeno a voler niegare Cristo; per non esporsi a maggiori disastri: le disse cento, e mille rimproveri, le fece innumerabili oltraggi, s'attaccarono a varie questioni sopra la Fede Cristiana, quali la Santa Vergine o con prudentissime risposte deluse, o intrepida disprezzò, & operò tanto la grazia del Signore nella bocca di Oliva, che molti de' circostanti si convertirono alla Fede di Giesù Cristo. Convinto da' suoi ragionamenti il Tiranno, invece d'ammollirsi, & arrendersi, maggiormente s'incrudelisce, comandando, che dispogliata ignuda la battessero con nervi di bue, finatanto, che lacerate in brani le carni, si discuoprissero l'ossa, e le coste.*

S. Oliua per la confessione della Fede di Giesù Christo è posta su l'eculeo e con pettini di ferro da Carnefici tutto il suo corpo è crudelmente lacerato

Gio Batta Calandrucci del. Gio Batta Sintes Sc.

*S. Oliva ſuſpenditur equuleo, atque ſuſpenſa ferreis pectinibus laniatur.*

ACtum eſt hoc crudeliſſimè; nihilominùs Oliva de prædicatione non deſtitit; atque ut iis nihil tandem proficere Præfectus advertit, crudeliùs deſævit. Equuleum parari jubet, puellamque ſuſpendi, ſuſpenſam ferreis pectinibus undique lacerari. (20) At fruſtra, imò tantòmagis eam intuetur incenſam ad celebrandas Chriſti Fidei laudes, quantò magis ipſe eam à ſententia avertere conabatur.

(20) *Oct. Cajet. Ferrarius. Inveges fol. 392. Pirrus. Mongit. & alii.*

## S. Oliva è posta sù l'eculeo, le sue carni sono squarciate con pettini di ferro.

*FRa questi strazj, e martirj Oliva come se fosse di pietra, non mostrò segno alcuno di tristezza, anzi allegra, e festante, perseverava a celebrare la nostra santa Fede; onde vedendo il Prefetto, che nulla guadagnato avea con quei tormenti, stizzato maggiormente, voltò l'animo ad altri più crudeli: Fece sospendere la Santa Vergine nell' eculeo, e così sospesa comandò, che le squarciassero con pettini di ferro tutto il corpo: ma ne anche questo giovolle, imperciocchè quanto più egli cercava violentarla a mutare pensiero; tanto più essa s'infiammava a magnificare le glorie del Nazareno.*

*S. Oliva in ferventis olei dolium mittitur, oleum autem haud nocere potuit Olivæ suæ.*

ITaque equuleo depositam in ferventis olei dolium demergit (21)sed oleum,& operam perdidit, oleum quippe non solùm Olivæ nocere minimè potuit, sed potiùs ad nobilissimum martyrii bravium capessendum unxit, ac duxit.

(21) *Pirrus. Inveges. Cajet. Mongitor. cit. & alii.*

## S. Oliva è immersa in una caldaja d'olio bogliente, ma da questo non ricevè lesione alcuna.

*DEposta dall' eculeo, la fece immergere in una caldaja d'olio bogliente; ma ne anche da questo ricevè lesione alcuna, e fra tanto che il Tiranno a vista d'un sì gran prodigio si struggeva di rabbia, essa si liquefaceva in entusiasmi di lode, e ringraziamento al Signore per averla difesa da tante atrocissime pene.*



Le fiaccole finito il prodigioso ufficio di riunire le car-
ni lacere della S.ª parte da se stesse si smorzano, e pa-
rte spiccatesi dalle mani de Carnefici uolano all'aria

Gio. Batta Calandrucci del.  Gio Batta Sintes Scul.

*S. Oliva iterum equuleo alligata, faculis ardentibus amburi jussa est.*

HOc ut aspexit Tyrannus, irâ magis incensus est, cumque illam, multis præsentibus, nullâ aut tormentorum vi, aut acerbitate, vel lenitate verborum à proposito removere posset, id tanquam materiam suo furori recentem arripuit; iterum equuleo alligatam faculis ardentibus amburi jussit (22) faciliùs enim cessuram suis ignibus existimavit olivo perunctam; sed nihil flammæ obfuerunt; quin verò si quæ ex prioribus suppliciis cicatrix extiterat, omnino evanuit; ignis namque adstrictam, medicatamque obduxit. Faceſque ipsæ hoc admirando munere functæ partim ultra naturæ modum à seipsis extinctæ, partim verò cadentes de manibus Carnificum, despectâ terrâ volitare per aërem visæ sunt.

(22) *Octav. Cajet, Pirrus fol. 81. Inveges fol. 393. Mongitor. nel Palermo Santificato pag 90.*

## S. Oliva è rimessa altra volta sù l'eculeo, acciò fosse bruggiata con fiaccole accese.

*IN di cavata comandò, che legata di nuovo all' eculeo, l'abbruciassero con fiaccole accese; pensando che unta d'olio più facilmente cederebbe alla forza delle fiamme; ma nientemeno de' passati martirj andò parimente questo in fallo: il fuoco in vece d'offendere Oliva, servì a saldarle le cicatrici delle piaghe, fattesile negl'antecedenti supplicj; & a maggior gloria di quella ordinò Iddio, che delle fiaccole, con cui tormentavano la Santa Vergine, alcune da se medesime si spegnessero, altre fuggite dalle mani de' Carnefici andassero svolazzando per l'aria a vista di tutto il popolo, quasi festeggiando con fuochi di gioja la virtù, e costanza d'Oliva.*

S. Oliua inanima li Manigoldi conuertiti alla Fede Cattolica, à tolerare il Martirio, quali prima tentarono bruggiarla sù l'eculeo con ardenti fiaccole

Gio. Batta Calandrucci del. — Girolamo Frezza Sc.

*Carnifices videntes prodigia ad pedes Olivæ provoluti de repente ad Christum conversi sunt.*

